



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Theologia Moralis**

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

**Busenbaum, Hermann**

**Coloniæ Agrippinæ, 1707**

Q. 108. Quid circa aptitudinem corporis sit addendum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42600**

prael., Cap. Episcoporum, de privil. in 6., Pass. à n. 497. Leur. q. 333. Idem est de violante interdictum, Cap. Is qui, de Sent. excom. in 6., de quo tamen vide Leur. q. 334.

§. VII. Irregularis non potest promoveri ad 780 ullum beneficium vel pensionem Ecclesiasticam, uti habet communissima cum Leur. q. 335., quia cùm omne beneficium & etiam prima tonsura tendat ad Ordines & horum usum, & susceptio ac usus omnis Ordinis prohibetur irregulari, etiam prohibetur beneficium, Pass. n. 506. Si tamen irregularitas impedit usum alicujus tantùm Ordinis, poterit recipi beneficium requirens usum alterius tantùm Ordinis antea suscepti, Garc. Leur. q. 335. Habetque sententia communior promotionem irregularis esse ipso jure nullam, licet Felin. Laym. Dian. Castrop. Leur. q. 336. probabiliter dicant esse tantùm irritandam: peccatur tamen graviter sic admittendo, quia in re gravi est inobedientia contra Sacros Canones, teneturque talis statim petere dispensationem, Pass. n. 519.

§. VIII. Si quis in occulto ejusmodi impedimento constitutus non possit recusare beneficium, nisi se graviter infamando vel dando scandalum, potest acceptare, sed tenetur statim procurare absolutionem ab eo, qui non tantùm possit absolvere, sed etiam nullitates antecedentes sanare, Suar. de Cens. d 13. f. 1. à n. 31. Peyr. Sa, Garc. Leur. q. 327. & 328. Vide dicta n. 75. & dicenda à n. 835.

Q. 103. Quid circa apertitudinem corporis sit 782 addendum. R. Seqq.

§. I. Generaliter ex tit. de corpore vitiatis, de Clericis agrotantibus, Cap. Nisi cùm pridem, de renunc., Trid. Ses. 22. c. 4. de Ref., illa dispositio corporis reddit incapacem beneficii, quæ reddit in-

habilem ad decenter præstandum officium beneficio annexum, *Castrop.* t. 13. d. 4. p. 4. n. 1. Specie liter autem loquendo, incapaces beneficij acquirendi sunt, 1. cæci, surdi, muti, non tamen lippi, carentes uno oculo, surdastris, balbutientes, *Nav.* *Peyr.* *Sayr.* *Pass.* *Leur.* p. 1. q. 230. 2. Laborantes qual continuâ paralyssi aut podagrâ, *Barb.* *Peyr.* *Sayr.* *Paris.* *Leur.* 3. Habentes infirmitatem habitualē & radicatam duraturam notabili tempore & impeditentem à præcipuis functionibus beneficij vel prælaturæ, *S.Th.* *Abb.* *Suar.* Item valetudinarii communiter lecto affixi, *Paris.* *Menoch.* 4. Carentes primariâ aliquâ corporis parte; vel ita deformes, ut sine notabili horrore & scandalo obire nequeant munia Ecclesiastica, *Pass.* de elect. c. 25. à n. 327. Plura de his dicentur 1. 7., quando de irregularitate.

783 §. II. Qui habet vitium corporis, ob quod inhabilis est ad Presbyterium, etiam videtur inhabilis ad Ordines Minores & tonsuram, adeoque & ad omne beneficium, nam Cap. 60. *Non confidat*, dist. 50. absolute dicitur corpore vitiatis non esse applicandos divinis ministeriis, & finis primæ tonsuræ ac aliorum Ordinum est Presbyterium, ergo inhabilis ad hoc, etiam est ad illos, *Tol.* *Garc.* *Vgl.* *Castrop.* *Leur.* q. 23 1. contra *Valent.* t. 4. d. 7. q. 19. p. 3. Si tamen aliquis post suscepsum Clericatum contrahat vitium corporis, ob quod sit irregularis, potest promoveri ad beneficium, cuius officium non impeditur, quia irregularitas ex defectu corporis superveniens ordinato impedit illius tantum Ordinis exercitium, ad quod reddit inhabilem, ergo etiam illius tantum beneficij affectionem, cuius impedit exercitium seu obligationem, *Az.* *Suar.* Hinc inferunt *Less.* *Garc.* *Castrop.* *Leur.* q. 239., cum omni beneficio annexa sit obligatio Horarum, qui per vitium

vitium superveniens redditur inhabilis ad legem-  
dum, esse inhabilem ad omne beneficium.

¶. III. In Prælatos eligi non possunt, i. amens,<sup>784</sup>  
licet habeat lucida intervalla, quia Prælatus debet  
esse omni tempore aptus ad gubernandum, Pass. n.  
§. 2. Qui semel fuit fatuus, si causa permaneat: &  
probabile est illorum electionem pro Cathedrali-  
bus & Collegiatis esse irritam per Trid. Ses. 22. c. 4.  
de Ref. Nec aliis imposterum fiat provisio, nisi quis  
jam etatem & ceteras habilitates integrè habere  
dignoscantur, aliter irrita fit provisio, Pass. n. 10.  
Leur. q. 233. Si tamen probentur esse perfectè san-  
ti, & antecedenter habuerint Ordinem ad prælatu-  
ram requisitum, eligi possunt, Pass. n. 7. Leur. q.  
232., sed ordinari non possunt, quia sunt irregula-  
res, Shar. Bonac. Leur. 3. Qui frequenter se ine-  
briat, quia est velut amens per intervalla, Peyr.  
Barb. Pass. Leur. q. 234. 4. Semel possessus à dæ-  
mone, si antecedenter non habuerit Ordinem re-  
quisitum, quia ob irregularitatem ordinari non po-  
test: si tamen habuerit Ordinem prærequisitum, &  
probet se liberatum, eligi potest, Shar. Pass. Leur.  
q. 235. 5. Epileptici, nam hi, non ordinati, sunt  
perpetuò irregulares; tamen ordinati, & raro, v.  
g. in mense tantùm semel sine inconditis Vocibus  
cadentes, eligi possunt, multò magis, si morbo sint  
liberati, quod probatur per dies 30., Cap. In suis  
litteris 7. q. 2. Shar. Bonac. Silv. Pass. Leur. q. 236.  
Ejusmodi tamen defectuosorum electiones non sunt  
ipso jure irritæ sed irritandæ, Pass. n. 329. Quod si  
talis infirmitas vel inhabilitas ad regendum, super-  
veniat Prælato confirmato, non deponitur, sed ei  
datur Coadjutor, Pass. n. 332.

Q. 109. Quid addendum sit circa morum pro-<sup>785</sup>  
bitatem. R.